



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Co[n]tractus matrimonij est sacerdotib[us] prohibitus

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Summula Raymundi

plebani debet ponere corpus et animam, id est vitam aialem, pro saluatione christi fidelium et pro populo eis commisso. Pro hoc sciendum quod sacerdotes non solum debent hoc facere nisi viderent utilitatem aliquam ex eo puenire. Sed si nulla utilitas potest inde sequi tunc non debent facere. Unde sacerdos statim pro vno verbo non debet mori pro populo, sed solum si considerat quod sit ardua causa, id est quod oves vellet deficere in fide catholica propter persecuciones vel passiones aliquas, tunc sacerdotes debent ipsas perfortare ut sint fortes in fide. Unde apostolus Fratres estote fortes et sobrii in fide. Et sic etiam ipsi sacerdotes debent facere suis parochialibus, nam debent doctrinas et auctoritates ipsis recitare, et si ipsi credere noluerint tunc morti se tradent ut suos subditos in fide preseruent, sed si non viderent utilitatem ex morte sua venire tunc faciunt sicut fecit christus, quod cum iudei volebant iesum lapidare tunc abscondit se et exiit de templo, quod nondum venit tempus passionis eius. Sic solum modo faciunt sacerdotes si non viderint utilitatem ex morte sua puenire.

Quarto norandum, iuriste expressi littera trahunt eam quare tractus matrimonialis sit prohibitus sacerdotibus, nam ad ipsum sacerdotem plura requiruntur.

Primo enim requiritur ad verum sacerdotem quod ipse debet studere in sacra scriptura et per hoc evitabit multas vanas cogitaciones que occurrerent ipsi otioso, quod nostra memoria habet se sicut molendinum, in quo si ponitur bonum frumentum bonum molitur, sed si per se imponitur picca representat. Sic solum modo est de ipsis sacerdotibus, id est si non studeat in sacra scriptura ubi miracula et passiones scriptorum habent, tunc ipsi occupant se malis operationibus. Etiam nostra memoria habet se ut rex, quod quando aliquis rex occupatur in bello, tunc omnes subditi sui occupantur ibidem, sed quando ipse est liber et solutus, tunc quilibet transit quo vult. Sic solum modo est de nostra memoria et anima, quod quando ipsa occupatur in sacra scriptura tunc omnes sensus occupantur in sacra scriptura, sed quando non, tunc quilibet sensus occupatur in delectatione propria et obiecto, et sic homo cadit in multiplices cogitaciones, ergo tunc sacerdos trahitur ex occupatione tali per studium sacre scripture. Per domesticam vero percuratorem videlicet uxoris et pueroz in matrimonio nimis occupantur sacerdotes, ergo tractus matrimonij est ipsis prohibitus, quod sicut dicitur Commemorator quod nulla virtus ratum valet ad scientiam sicut ipsa castitas, ergo oppositum castitatis quod in matrimonio consistit impedit scientiam in homine, ne ergo tollatur tale bonum, tunc tractus matrimonij ipsis sacerdotibus est prohibitus. Secundo ad sacerdotem requiritur pueritatis maturitas, que iterum tollitur per matrimonium propter instabilitatem ipsarum mulierum, quod ut sic mulier traheret vix de pueritatis maturatione bona. Unde cum sancto scripturis eris etc. Ne ergo tollatur hoc bonum tunc iterum tractus matrimonij sacerdotibus est prohibitus. Tertio requiritur ad sacerdotem beneficij et officij rationem sibi commissarum fidelitas, ut habet Iohannes ultimum ubi dixit dominus, petre amas me etc. Et istud bonum iterum possit impediri per matrimonium. Quarto requiritur quod si necesse fuerit animam suam debet ponere pro omnibus, et hoc iterum tolleret per matrimonium, quod in matrimonio est pluralitas filioz et filiarum quibus tunc sacerdos deberet prestare eis necessaria corporis procurando, et sic non posset attendere sacerdotale dignitatem et diuinum officium, unde merito. Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Quinto ad verum sacerdotem requiritur, quod si necesse fuerit tunc ipse debet subuenire pauperibus in verbis in exemplis, in elemosynis, in rebus exterioribus et in alijs bonis. Et dicitur quidam doctor, quod melius est ipsi sacerdoti quod subueniat cum doctrina quam cum ele-

mosyna Et assignat rationem tale. quia anima pretiosior est corpore. sed bona doctrina nutrit animam. elemosyna autem corpus. ergo sequitur propositum quod bona doctrina sit melior elemosyna Et quia greci volebant statuto apostolico obedire. sed viva voce et unanimiter appellaverunt. igitur omnis doctrina et sapientia ab eis est ablata. Sed quondam omnis sapientia et doctrina vigebar apud eos. nunc autem omnis doctrina et sapientia lara est ad nos et ad ecclesiam nostram

Nisos. accipitres. falcones. his inhibemus
.i. tales aues venaticas clericis phitemus

Non sint clamosi. bibuli. catulos nec habentes
.i. garrulatos potatores .i. canes venaticos

Venaticos. possunt opus exercere necesse
.i. reficere s. tales ps byteri

Ut religare libros. vel scribere pro precio. si
paupes diuitiaz ps byteris

Sint inopes rerum. vel eis substantia desit
cala instrumeta .i. volatilia

Retia tendicula que sunt ad aues capiendas
.i. cala aialia .i. puas feras clericis

Aut lepores vel bestiolas permittimus istis
.i. publica s. clerici

Vel que clamosa non sit venatio. possunt
.i. prendere s. eis

Piscari licite. piscatio publica desit
s. sit tal' piscatio honesta s. clerici

Sed priuata. pia dum conueniunt sit eorum
opatio .i. q. sunt honesta opentur

Actio. que liceant inter se gaudia tractent
s. ps byteri omittat canonicas .i. aliqd

Non pretermittant horas aut officij quid

¶ Nunc ponit aliam doctrinam rectificantem vitam et honestatem clericorum dicentes nos inhibemus quod omnes sacerdotes ita existentes in sacro ordine sint reuoluti et semoti ab illis que ponunt in littera. scilicet quod non habeant nisos. accipitres. et cetera. Etiam quod tales non sint clamorosi nec bibuli nec habentes canes venaticos et cetera. Possunt tamen exercere aliquod opus si necesse fuerit. scilicet religare libros vel scribere pro premio si pauperes et egeni existunt. vel alia opera similia istis facere possunt. Subdit remouendo dubium. quod diceret quis. tunc mundani et secularis res sacerdotes nihil debent operari pro deductione temporis. hoc dubium remouens dicitur. quod clerici possunt exercere ista que patet in littera. scilicet quod possunt extendere reuera sua. videlicet ad piscandum. pro sua necessitate. etiam possunt capere aues. ut glaudas. et sic de alijs. Et sicut possunt capere feras. ut lepores vel asperos. los et cetera. Sed tamen hoc cum securitate et cautione fieri debet. scilicet. realis venatio non sit clamorosa publica et manifesta. sed secreta et submissa. Quia clerici possunt